Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

58

lissimis affecerunt suppliciis
ita ut omnes eorum iuncturas membrorum
prius soluentes de superioribus
eius supplantarent. ac sic christi
martires efficerentur. Item eiusdem
marcialis. donati et aliorum mar-
tirum. xvii. kalendas decembris.
D. kl. N Natale sancti felicis episcopi
qui a xii. etatis sue anno mi-
raculorum gloria insignis fuit. et
sub maximiano persecutione cum aliis
xxx. martirium compleuit. Corpus eius
ciprianus presbiter in nolensi ec-
clesia sepeliuit. In affrica
natale sanctorum se-cundi fidenciani
varici martirum. xvi. kalendas decem-
bris. N Natale sancti eucherii
lugdunensis episcopi admirande
fidei uite et doctrine uiri. In
capua natale sancti augustini. In
affrica uitalis ianuarii et de-
posicio beati othmari abbatis.
Et natale plurimorum. xv. kalendas decem-
bris. A Apud alexan-
driam beati dyonisii episcopi in
multis sepe confessionibus sancti-
tatis clari et passionum tormentorum
diuersitate magnifici. ualeri-
ani et gallieni imperatorum tem-
pore. In hyspaniis ciuitate cor-
duba. passio sanctorum martirum aciscli
et uictorie. Aurelianis ciui-
tate gallie. deposicio sancti ania-
ni episcopi et confessoris. Vienne
sancti mammerti episcopi et confessoris.
Sancti patris nostri Gregorii miracu-
lorum libri factoris turonice.
G. xiiii. kalendas decembris. xvii.
Antiochie natale sancti romani
qui temporibus diocleciani cum
asclepiades prefectus ecclesiam
irrumperet cunctos christianos horta-
tus est. ut ei contradicerent.
Vnde eum primum eculeo exten-
di. deinde plumbatis grauiter
cedi. post hec etiam nouacula
acutissima maxillas eius scin-
di fecit. Tunc ad peticionem eius
puerum paruulum in medio pre-
cepit. Quem romanus christi no-
mine inuocato. unum deum
an plures deos melius esset colere
interrogauit. ut ex eius con-
fessione prefectus confunderetur.
Cumque puer unum deum colen-
dum esse dixisset. indig-
natus asclepiades catharino
suspendi eum ac uerberari. et
postremo etiam decollari iussit.
cui nomen barulas. Romanus